

# Franckesche Stiftungen zu Halle

## Hugonis Grotii De Jure Belli ac Pacis Libri Tres

**Grotius, Hugo**

**Jenae, 1680**

**CAPUT X.**

---

### Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

### Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

[urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188571](http://urn:nbn:de:gbv:ha33-1-188571)

tionibus maritimis in omnes alios graffari solito, capta belli jure mutasse dominum: ac proinde cum recepta ab aliis essent, facta eorum, qui receperint. In eadem cognitione & hoc judicatum est, quod modo tunc diximus, naves hominesque die inter ea non esse, quae postlimio recipiuntur.

## CAPUT X.

Monita de his, quae fiunt in bello injusto.

- |   |  |
|---|--|
| I. Quo sensu pudor vetare dicatur, quod lex permittit:          | IV. Qui hinc, & quatenus ad restituendum obligentur.           |
| II. Aptatam hoc adea, quae jure Gentium permissa diximus.       | V. An res capite bello injusto reddenda sint ab eo, qui cepit. |
| III. Interna iustitia injustum esse, quod ex bello injusto fit. | VI. An & ab eo, qui detinet,                                   |

## I. I.

(cf. L. 3. c. 16.)

Legenda mili retro vestigia, & eripienda bellum gerentibus pene omnia, Lib. III. c. 4. §.  
quæ largitus videri possum, nec tamen largitus sum. nam cum primum 2. n. z.  
hanc juris gentium partem explicare sum aggressus, testatus sum, juris esse aut  
licere multa dico eo, quod impune fiunt, partim etiam, quod judicia coactiva  
suam illis auctoritatem accommodent, quæ tamen aut exorbitent à recti re-  
gula, sive illa in iure strixte dicta, sive in aliarum virtutum præcepto posita est, aut certe omittantur sanctius & cum majori apud bonos laude.

fL. 2. c. XI. §. 3.

c. 17. §. 2. n. 1. c.

22. §. 16. c. 25. §.

3. n. 4. L. 3. c. 16.

fL. 2. c. XI. §. 3.

§. 2. c. 13. §. 9.

n. 1. pro. &amp; 4. c.

fL. 2. c. XI. §. 3.

§. 2. c. 13. §. 9.

n. 1. pro. &amp; 4. c.

fL. 2. c. XI. §. 3.

§. 2. c. 13. §. 9.

n. 1. pro. &amp; 4. c.

fL. 2. c. XI. §. 3.

§. 2. c. 13. §. 9.

n. 1. pro. &amp; 4. c.

fL. 2. c. XI. §. 3.

§. 2. c. 13. §. 9.

n. 1. pro. &amp; 4. c.

fL. 2. c. XI. §. 3.

§. 2. c. 13. §. 9.

n. 1. pro. &amp; 4. c.

fL. 2. c. XI. §. 3.

§. 2. c. 13. §. 9.

n. 1. pro. &amp; 4. c.

fL. 2. c. XI. §. 3.

§. 2. c. 13. §. 9.

n. 1. pro. &amp; 4. c.

fL. 2. c. XI. §. 3.

§. 2. c. 13. §. 9.

n. 1. pro. &amp; 4. c.

¶ Dicit eo quod impunis fiant ) Confirmat haec Molin, tract. 3. de Juris. diff. 46. n.

26. pag. 1693. Permittunt, inquieti, interdum leges nos nullum ex rationabili aliquam causam, que cum mala in se contra ius naturae sint, ipsæ tamen nec ea prohibent, nec puniunt, nec punire aut etiam impedire publicis potestatis aut etiam Reip. fiunt. Sicut lupanaria publica & fornicationes in illis, iura civilia & canonica permittunt, ad majora mala vitanda, quia impossibile est homines, attentâ eorum multitudine & fragilitate, ab omnibus fornicatione cohibere. Unde nefas est potestatis publicis, lupanaria aut fornicationes in illis punire, aut impedire, existentibus eis legibus earum permisivi: quin & iura civilia actionem meretricibus publicis concedunt ad premium ipsis debitum pro actu fornicario cum ipsis jam habito. Interim optimè hoc, quod permittitur, non ponit in genere licitorum, sed naturali honestati & pudori dijudicandom relinqui, statuit Dn. Zigler, h. l.

2. In Troadibus Seneca dicentur Pyrrho

Lex nulla captio parcit, aut paenam impedit,

Regerit Agamemnon,

Quod non vetat lex, hoc verat fieri pudor.

Quo in loco pudor non tam hominum & famæ, quam æqui & boni, aut certe ejus, quod æquius meliusque est, respectum significat. Sic in Justinianeis Institutionibus tunc legimus: Fideicomissa appellata sunt, quia nullo vinculo juris, sed tantum pudore eorum, qui rogabantur, continebantur. Apud Patrem Quintilianum: Non aliter salvo, pudore ad sponsorem venit creditor, quam si recipie-

fS. I. Inst. de

Fideic. Heret.

dit.

re à debitore non possit. Atque eo sensu sape videas justitiam cum pudore con-  
jungi.

*Nondum justitiam facinus mortale fugarat;*

*Ultima de superis illa reliquit humum,*

*Pro que metu populum sine vi Pudor ipse regbat.*

Operibus  
verf. 190.

Protagora.

Ad ineruditū  
præfulem.

Vita Thesei.

Lib. VI.

Lib. XIII. An-  
tiqu. c. 19. L. 14.  
adoptivus. §. 2

D. de Ritu

nupt. Off. I.

Lib. i. de Ira,  
c. 27.

Lib. i. de  
Clem. c. 18.

Hesiodus: Διην δὲ τὸ χερσὸν καὶ αἰδώς  
Οὐκ ἔσαι, βλαψθεὶς ὁ πανός τὸ δέσμονα Φῶτα.  
---- nusquam Pudor: aurea nusquam  
*Justitia: insultant pravi melioribus ultro.*

Plato libro XII. de legibus: παρέβεται γὰρ αἰδὼς Δίην λέγεται τε καὶ ὄντως εἴρηται. Emendem παρέβεται: ut sensus sit: Comes Pudoris Justitia vocatur, & merito quidem. Nam & alibi idem Plato sic loquitur: Γεὸς δέσμους τῷ τοῦ θύμου αἰδώπον μὴ διπλοῖσι πάνται, διεργάται αὐθέρωποις αἰδώς τε καὶ δίκης, οὐ δικαιονός ποιεων κόσμοι τε καὶ δεσμοὶ φιλίας συνάρχονται. Deus, metuens ne plane interiret genus humanum, dedit hominibus Justitiam ac Pudorem, ornamenta civitatum, & ad amicitiam colligandam vincula: & Plutarchus simili modo δίκην vocat ἔνοικον αἰδὼς: Justitiam pudoris cohabit atricem, qui & alibi jungit αἰδώς & δικαιοσύνην. Apud Dionysium Halicarnassensem simul nominantur αἰδώς κόσμος καὶ δίκη, pudor, decorum, & honestum. Sic & αἰδώς & οἰκείας copulat Josephus Pudorem & Aequitatem. Paulus quoque Jurisconsultus conjugit naturale jus & pudoretum. Cicero autem inter justitiam & verecundiam ita fines regit, ut justitiae partes statuat non violare homines, verecundiæ non offendere.

3. Cum eo, quem ex Seneca adduximus, versu bene convenit dictum, ejusdem in scriptis philosophicis. \*Quam angusta innocentia est, ad legem bonum esse? Quanto latius officiorum patet, quam juris regula? quam multa pietas, humanitas, liberalitas, justitia, fides exigunt? quam omnia extra publicas tabulari sunt. Ubi vides, jus à justitia distingui, quia jus accipit id, quod in judiciis externis viget. Idem id alibi explicat egregie exemplo juris herilis in servos. In mancipio cogitandum est, non quantum illud impune pati possit; sed quantum tibi permittat equi boni, natura, quae parcere etiam captivis & pretio paratus jubet. Deinde: Cum in servum omnia liceat, est aliquid, quod in hominem licere commune jus animalium vetet, quo in loco notanda iterum vocis licere diversa acceptio, altera exterior, altera interior.

\*\*\*

Quam angusta innocentia est ad legem bonum esse) Idem Seneca de Beneficiis I. V. c. 21. Multa legem non habent, nec actionem, ad quae consuetudo vita humana, lege omni valentior, dat aditum. Quintilianus Institutionum oratoriarum lib. III. c. 8. Sunt enim quedam non laudabilia natura, sed lege concessa, ut in XII. Tabulis, debitoris corpus inter creditores dividi licuit, & quam legem mos publicus repudiavit. Cicero de Officiis libro III. Alter leges, alter Philosophi tollunt astuta.





*tias. Leges, quatenus manu tenere res non possunt: philosophi, quatenus ratione & intelligentia.*

II. i. Eundem habet sensum illa Marcelli in Senatu Romano distinctio: non quid ego fecerim, in disquisitionem venit, quem, quicquid in hostibus feci, ius belli defendit, sed quid isti pati debuerint: ex quo & bono scilicet. Idem discrimen Aristoteles innuit disputans an iusta dicenda sit, quae ex bello oritur servitus: ὅλως δὲ αὐτοχθόνοι πινεῖ, ὡς οἰνοτα τικαίσι τικέσι (ὅτι νέον δικαιόν τι) τινὶ καὶ πόλεμον δελεῖσι πέθασι δικαιάσι. ὅλως δὲ τοις φασι. τινὸς δέκτης εὑδέχεται μὴ δικαιάσι εἶναι πολέμων. Quidam respicientes iusti aliquid (\*nam & lex iustum quid est) iustum esse ajunt servitatem ex bello: at omnino iustum esse negant, quando accidere potest, ut iusta fuerit bellandi causa. Simile, est illud Thucydidis in Thebanorum oratione: ἐξ ἑτοῖν ἀπειλέσσαν ἀγόμενοι διαγράψαρ. καὶ νέον γὰρ δὴ τινὰ ἔπιπον: de his, quos in conflitu occidisti, non adeo querimur, accidit enim hoc illis iure quodammodo.

*Nam & lex iustum quid est? ) Seneca ad Helviam c. 6. alii armis sibi jus in aliena terra fecerunt. Pugnare videntur jus & aliena; sed concilianda, ut docet hic textus. Repete, quæ supra hoc libro cap. IV. §. 2.*

2. Sic & ipsi Jurisconsulti Romani, qvod s̄a pejus captivitatis vocant alibi injuriam appellant, & æquitati opponunt naturali ; & Seneca servi nō men ex injuria † natum, id, qvod s̄a pejus accidit, respiciens. Apud Livium quovqe Itali, retinentes ea, qvæ Syracusanis bello ademerant, pertinaces ad obtinendam injuriam appellantur. Diōn Prusæensis, cum dixisset; bello captos, si ad suos rediissent, libertatem recipere, addit, ὡς αδινως δελοντος, ut qui per injuriam in servitute fuissent. \* Lactantius de Philosophis loquens: Cum de officiis ad rem militarem pertinentibus disputant, neque ad justitiam neque ad veram virtutem accommodatur illa omnis oratio, sed ad hanc vitam moremque civilem. Idem mox à Romanis ait legitime illatas injurias.

*Lastantius) Augustinus vero epistola IV. quæ est ad Marcellinum: Ac per  
hoc si terrena ista res publica Christiana præcepta custodiat, etiam ipsa bella sine be-  
nevolentia non gerentur. Idem de diversis Ecclesiæ observationibus: Apud ve-  
ros Dei cultores etiam ipsa bella parata sunt.*

*sive res corrumpendo, sive prædas agendo, id ipsum resarciat. Ideo Deus \* negat grata sibi esse jejunia eorum, qvi non jure captos detinebant: & Nivitis rex indicens justitium præcipit, ut rapina manus vacuesciant, naturæ ductu agnoscens, sine tali restitutione pœnitentiam fictam & inanem fore, Atque ita viderimus sentire \* non Judæos tantum & Christianos, sed & \* Mahometistas.*

\*\*\*

*Ut is, qui dænum dedit; sive interficiendo, sive res corrumpendo, sive prædas agendo, id ipsum resarciat. Num. V. 6. Hieronymus ad Rusticum: Nec differtur ultionis sententia, si non reddantur universa. Augustinus in epistola ad Macedonum, qvæ est LIV. Si res aliena, propter quam peccatum est, redi possit, & non redditur, pœnitentia non agitur, sed simulatur. Retulit Gratianus in causam XIV. qvæstione VI. can. I.*

*Negat grata sibi esse jejunia eorum, qvi non jure captos detinebant) Locus est illustris Esaia LVIII, 5. 6. 7. habes eum Græce apud Justinum Martyrem in colloqio cum Tryphone,*

† L. 2. c. 17. per  
tot. L. 3. c. 2. S.  
fin. n. 4. c. 17. S.  
2. 18. 6. c. 18. §. 5.  
Libro præcepitorum legis,  
præcepto ju-  
bente XVI.  
Silv. in verbo  
bellum, p. 1. n.  
10. & 11. & 12.  
Covar. d. §. 11.  
n. 3. Less. Lib.  
11. c. 13. dub. 4.  
Add. L. 21.  
vulgaris. §. 9.  
fiduo. D. de  
Furtis.

† L. 3. c. 20. S. 8.  
Silv. d. loco,  
n. 10. Vasq. L.  
1. Controv. II.  
c. 9. n. 27. Mo-  
lin. disp. 118. S.  
ut vero.  
(a) L. 3. c. 6. S. 2.  
n. 1. S. 2. n. 1. S.  
27. c. X. §. 3. n. 1.  
Lib. IX. L. 8.  
Vide supra. L.  
II. c. 12. §. 12.

*Non Judeos tantum) Vide canones pœnitentiales Mosis Maimonidæ c. II.  
§. 2. Et Mosem de Kotzi præcepto jubente XVI.*

*Mahometistas) Vide Leunclavium Turcicorum V. & XVII.*

*IV. Ad restitutionem autem tenentur, secundum ea, qvæ generaliter  
à nobis alibi explicata sunt, belli autores. Gve potestatis jure, sive consilio,  
de his scilicet omnibus, qvæ bellum consequi solent: etiam de insolitus, si  
quid tale iusterunt aut fverunt, aut, cum impedire possent, non impedi-  
runt. Sic & duces tenentur de his, qvæ suo ductu facta sunt: & milites insol-  
dum omnes, qvi ad actum aliquem communem, puta urbis incendium, con-  
curserunt: in actibus dividuis pro danno qvisq; cuius ipse causa unica, aut  
certe inter causas fuit.*

*V. 1. Neque admittendam putem exceptionem, quam nonnulli adse-  
runt de his, qvi aliis operam navant, si modo in ipsis aliquid hæreat culpe:  
ad restitutionem enim sine dolo culpa sufficit. Sunt qvi videntur existi-  
mare res bello captas, etiam si justa belli causa non adfuerit, reddendas non  
esse, eo qvod bellantes inter se, eum bellum inierunt, ista capientibus dona-  
se intelligantur. Sed nemo suum jaſtare temere presumitur: & bellum per  
selonge abest à contrarium natura. Ut vero pacati populi certi qvid ha-  
berent, qvod sequerentur, nec bello implicarentur inviri, sufficiebat intro-  
ductio externi, de qvo diximus. (a) dominii, qvod cum interna obligatione  
restitutionis potest consistere. Atq; id illi ipsi autores videntur statuere in ju-  
re captivitatis personarum. Ideo Samnites apud Livium, res hostium in præ-  
da capias, que belli jure nostra videbantur, remisimus. Videbantur ait, qvia in-  
justum id bellum fuerat, ut jam ante agnoverant Samnites.*

2. Non

§. 5. n. i. (a) Tid. I. 3. c. 26. §. 4. n. i. alienum pr.  
cipium pro se allegans non p<sup>t</sup> quia actus contra con-  
venit ad actionem pecuniarum, qui v. alie-  
num praeatum pro se allegans vellet posti-  
or partur expurgari, ut et gratia in  
acto major culpa sit, nec tamen nos sumus  
exemplares, quae actus concurredimus nisi  
in illis ubi nostrum manifeste erat  
de iniustitia actus et non habens intentio-  
nem praevari, e. g. fidei, in bello injus-  
tia proficiuntur sed ei non est.

§. 5. n. i. (b) in thisi yadern rewan si no-  
gin responderet in bello fratres fratres in hypothesi. h. e. si applicatur quod a. Padi-  
cy mandato principis aplice. D. 2. c. 28. habet actum p<sup>t</sup> non omnino patitur in  
pe iugitate fidei, hinc p<sup>t</sup> non contrarium es-  
t. q<sup>t</sup> est telum et bello armis. No. c. 2. h. 2.  
§. 4.



2. Non dissimile est, quod ex contractu sine dolo inito, cui inest iniquitas, iure gentium nascitur facultas quædam cogendi eum, qui contraxit ad implenda pacta: neceo tamen minus, qui plus a quo stipulatus est, rem ad æquitatem reducere ex probaciōne pii hominis officio tenetur.

VI. 1. Sed & qui damnum ipse non dedit, aut sine omni culpa dedit, sed rem bello injusto captam ab alio penes se habet, tenetur eam reddere, quia, cur alter ea carere debeat, nulla causa subest naturaliter justa, non consensus ipsius, non malum meritum, non compensatio. Non aliena ab hac re historia est apud Valerium Maximum: *Populus*, inquit, *Romanus* cum P. Claudius Camerinos ductu atque auspiciis suis captos sub hasta vendidisset, et si ararium pecunia, fines agris auctos animadvertebat, tamen quia parum liquida fide id gestum ab imperatore videbatur, maxima cura \* conquistatos redemit & prædia restituit. Similiter Phocensibus Romanorum decreto reddita libertas, etiam illa publica, & qui erepti erant agri. Et postea \* Ligures, qui à M. Pompilio venditi fuerant, redditio emitoribus pretio restituti sunt in libertatem, bona quoque reddi curata. Idem de Abderitis decrevit Senatus, addita causa, quod injustum bellum illatum iis eslet.

Lib. VI. c. 5.

Liv. L. xxxix.  
cap. 39.Liv. Lib. XIII.  
L. 3. c. 16. §. 4.

Lib. XIV.

\*\*\*

*Conquistatos redemit, & prædia restituit*) Antonius Tyrius coegerit reddere, quæ Judæorum tenebant. Homines ab eis venditos jussit liberari, bona dominis reddi; Josephus XIV. Antiquæ Historiæ. Macrinus Parthis reddidit, captivos & prædam, quod causa fuisset, cur Romani pacem rumperent; Herodianus libro XIV. in fine. Mahumetes Turca liberari jussit eos, qui fuerant in oppido Sanctæ Mariæ in Achaia; Chalcocondylas libro IX.

*Ligures*) Vide excerpta Peiresiana Diodorii Siculi.

†††

*Tenetur eam reddere*) Sed quæritur, an pretium petere queat ab innocentे domino, qui suum vindicat? Arbitramur quod non arg. l. 2. C. de Furt. cum qua conspirat *Jus Saxonicum Proviniale* lib. 2. artic. 39. Verb. Spricht aber fener. ibique *Gloss. num. 10.* Dissentire quis posset propter ea quæ ad cit. l. 2. tradit *Dion. Godofred. in not.* Sed his fatisfecit *Dn. Richter. Decr. 96. num. 27. pag. 300. cum aliis ibid. cit.* Quamvis bonæ fidei postessori regressus detur adversus tradentem, nec ei denegetur jure retentionis detrahere, si quid sumitus aut opera in rem alienam impedit.

2. *Poterit tamen, si cuiusdam sumitus aut opere impeditis, qui rem tenet, deducere tantum, quantum domino valebat adipisci desperatam possessiō nem, secundum ea, quæ alibi + explicata sunt.* Quod si rei possessor culpa exors eam consumferit aut alienaverit, non tenebitur, nisi in quantum censi potest locupletior factus.

† L. 2. c. 10. §.  
9 L. 3. c. 9. §.  
16. c. 16. §. 3.

## CAPUT XI.

Temperamentum circa jus interficiendi in  
bello justo.

ſſſſ

I. In